Primo em̄ expoliat⁹ fuit et scorpio
nibꝫ cesus· Scd̄o fustibꝫ fuit percuss⁹
Tercio laminis ferreis ad lata ad
ust⁹ fuit· Qr̄to cū plūbatis verberat⁹
fuit Qn̄to os sci laurētij cesū fuit cū
lapidibꝫ Sexto i crate ferrea mltis
prunis subactis fuit assat⁹· In hac
mltiplici examinacōe nō fuit iuēta in
eo iniq̄tas pfidie· Per oīa q̄ppe sup
plicia sibi iflicta nō poterāt ab eo ex
torq̄ri ut sacrificiū dijs offerret· Vn̄ ⁊
ip̄e dixit· Ego me obtuli deo sacrificiū
in odorē suauitatis Dolēdū ē kmi q̄
multi sūt q̄ deo cōtēpto corpa sua im
molāt gule et luxurie· De primis d̄t
ap̄ls ad phi· iij multi ābulāt q̄s sepe
dicebā vob· nūc āt et flens dico iimi
cos crucis xp̄i q̄ꝝ finis intit⁹ q̄ꝝ de⁹
vent̄ ē et glā in ꝯfusioē ip̄oꝝ· De ebri
etate q̄ppe glant̄ de q̄ deberēt magis
cōfundi· De scd̄is d̄t ap̄ls ad cho· j·
vi Corpus nō fornicacōi debet̄ ꝫ dn̄o
et dn̄s corpi· Nescitis qm̄ corpa vr̄a
mēbra sūt xp̄i? Collēs ergo mēbra
xp̄i faciā mēbra meretricis? Absit Roga
te kmi dn̄m ut sic auaiciā et ipaciāꝫ
sic gulā et luxuriā fugiamus ut deo
nr̄o in glā iugiter astaē mereamur
Quod nobis prestare dignetur ⁊c̄

¶ Itē sermo de eodē· 29

Amen amē dico vobis nisi g̃nū
frumēti cadēs in t̄rā mortuum
fuerit ip̄m solū manet· si āt mortuū
fuerit multū fructum affert· ioh̄· xij·
¶ Tria sc̄ h̄ notāda· Primū ē q̄d p
g̃nū frumēti itelligat̄· Scd̄m ē q̄uo
hoc g̃nū frumēti moriat̄· Terciū est
q̄s fruct⁹ ex hoc g̃no frumēti pferat̄
De primo nota q̄ p granū frumē
ti ip̄e xp̄us dei fili⁹ et btūs laurēti⁹
necnō et q̄libet xp̄ian⁹ intelligit̄· Et
hoc ꝓpt̄ quinqꝫ videlicꝫ ꝓpt̄ p̄dā g̃ni
cādorē ruborē fissurā v̄tutē et digni
tatem· Nō igit̄ primū g̃nū frumenti· i·
tritici cādidū intius et cādidus pa
nis ex eo cōficit̄· Sic et xp̄s cādid⁹
fuit p oīmodā vite mūdiciā· Vn̄ sa·
vij· Cādor ē lucis et̄ne et speculū sn̄
macula dei maiestatis· Vnde ꝓpter
incompabilem vite candorē datū est
ei a prē ut sedeat sup thronū candi
dum et iudicet omnes fines terre·
Hinc d̄r apo· xx Vidi thronū iudicia
lē magnū ⁊ candidū q̄ magna sm̄a
ibi dat̄ et vniuscuiusqꝫ cādor ibi req̄
rit̄· ⁊ sedētē sup eū xp̄m a cui⁹ ꝯspcū
fugit celū et t̄ra· ⁊ ꝓpt̄ faciei eius se
ueritatē et incōpabilē celestibꝫ ⁊ ter
restribus claritatē· et locus nō ē in
uentus ab eis inquē iudiciū dei effu
gerent et vidi mortuos magnos et
pusillos idest nobiles et ignobiles
vel diuites et paupes stātes in con
spectu throni et libri ꝯsciāꝝ apti sūt
et alius liber qui ē vite aptus est· i·
xp̄us ōn̄det ibi cicatrices quīqꝫ vul
neꝝ suoꝝ et iudicati sunt mortui ex
hijs que scripta erant in libris scd̄m
opa ip̄oꝝ· Cādidus eciam fuit btūs
laurēti⁹ p vite puritatē· Vn̄ eciā cā
tat̄ de eo q̄ puritatē innocētis vite
fortissimeqꝫ mortis triūpho aplico se
cōsortio sociauit· Debem⁹ eciā ⁊ nos
cādidi esse p cordis puritatē et corpo
ris castitatē legit̄ et apo· xix· Vene
rūt nuptie agni ⁊ vxor ei⁹ ꝑparauit
se et datū ē illi ut cooperiat se bissino
splēdēte ⁊ cādido· Spōsa agni ē fide
lis aīa q̄ oꝫ ut se cooperiat bissinō splē
dēte ⁊ cādido· i· mūdicia m̄tis ⁊ corpis

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-183/0315
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt